Salva semper conservarunt.

8º. Vigore Transactionis divi me: Ser.mi Stephani Regis, licet Nobilibus, et Incolis istius Epatus exercitium Religionis Augustanae Confessionis sit permissum, non tamen exercitium Catholicae Religionis Romanae debet censeri interdictum.

9º. Quod quos extant Constones in volumine Legum de ordinatione Livoniae et Piltini, manifesto constat, non posse probari ijsdem Epatum Piltensem esse commutatum in Districtum, Tenutam, vel Bona terrestria; Imo interest Ser.mo Regi, et Reipublicae Poloniae, tum Epatum, et liberum in eo Religionis Catholicae, Romanae exercitium ad suum vigorem primum, et statum postliminio restituere; nec in praemissis Constonem anni 1611. Incolis eiusdem Epatus suffragari posse, quae Nobiles Piltinen ratione administrationis inter ipsos Justitiae circa illorum consuetudines conservat, Ill.mis Ducibus Curlandiae, ne se in cognitionem Causarum eorundem ingerant, inhibet, et modum approbationis, ad quem praescribit.

His omnibus recte et mature examinatis, liquido constat Sac. Regiam Maiestatem, et Ordines Regni posse praestare suum Consensum Viciniori Episcopo pro redimendo isto Epatu refusa eiusdem pecunia, salvis Conditionibus in Originali Transactionis expressis: Praevia nihilominus per Commissarios cognitione Jurium